



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XLIV. Charitas Ignatij, & sociorum in summa annonæ caritate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

XLIV.

*Charitas Ig-
nati, & so-
ciorum in
summa an-
nona cari-
tate.*

Sic boni nominis auctoritate recepta Patres, iam in publico conspicui, iam intercepta repete ministeria salutis alienæ, atque etiam paulo post, maiori quam prius apud populum in gratia, & pretio esse. Ad hoc mitum quantum contulit charitas, cuius exercenda in summis annona angustiis, Deus illis ardorem iniecit; nam eodem hoc anno perfrigida hieme, Romæ in vicis & compitis iacebant tristi spectaculo, dira fame enecti pauperes, ne valentes quidem insisteret pedibus, ut panis tantillum, si quæ possent, sibi corrogarent. Hic Patres, qui & ipsi emendicato victabant, inexhausta Dei opulentia confisi, miserorum sibi curam assumere, tollere illos ex compitis, ducere, humeris quoque impositos vestare, & domo colligere, quam tunc satis capacem, prope turrim mali aurei incolebant. Comportatis illuc quam multos licuit tum lectis, tum ubi deceperant ex palea stratis, in iis ægrotos ut commodissimè potuit componere, & alij quidem illis domi adesse, abluendis, purgandis, curatione adhibenda, suggestis necessariis; ut qui dare se Christo in illis operam certò seirent; alij per urbem de subsidio videre quod sustentandi sufficeret, in quod piorum liberalitatem exporrexit Deus tam largiter, ut alerent supra quadragesimos, atque à frigore nuditatem multorum vestitu defenserent; nec defuit, quem hæc officia inusitatæ pietatis, curiosius inspectantem calamitas pauperum, & ministrantium effusa alacritas tamè pè afficeret, ut sibi etiam detraictis vestibus, tegeret seminudos. Quæ cum faustus rumor tota late urbe differret, Romani proceres indignum rati, cum pauci nihil habentes pares tamen fuissent tot hominibus alendis tantumdem ut minimum ab se non fieri, cepere benignius & vietus, & pecuniarum stipem submittere, qua variis locis tribus millibus calamitosorum usque ad nouas fruges vita seruata est. Sed hæc leuamenta miserorum corporibus præbita, minoris fecerit, quisquis illa cum animorum auxiliis comparatit. Nam ut domum quisque i. latus fuerat, ante omnia id exigebat, ut confessione animum purgaret, excolebantur Christiana doctrinæ, & frequenti adhortatione, statisque quotidie horis ad certatum precum recitationem vna cogebantur. Quibus studiis assueti dum illuc tenentur, eorum fructum tulere longius, sibique impressam Christianæ vitiendi rationem deinceps adamarunt.

XL V.

*Soc. in Reli-
gionem for-
mandæ deli-
beratio.*

Iam hac partim tam noua, & conspicua charitate; partim explorato deterris ad purum calumniis; innocentæ candore; Patrum existimatio creuerat, & quidam eodem vitæ genere capti, Societatem illorum ambiebant, cum summus Pontifex significauit Ignatio velle se opera sociorum vt. Quare tempus venisse conspicatus, Societatis in Religiosum Ordinem formandæ, quam vna huculque sociorum voluntas continebat; rem tauri ad Dei gloriam momenti, ardentissimè illi commendauit, ut in id flecteret sociorum mentes, quod foret ipsi maximè acceptum. Convocatos deinde monuit proximè instare ut iussu Pontificis seungerentur in varios tractus, tum; Itane vero, nos, inquit, Deus miro modo, ex diuersis nationibus selectos nodo mutui amoris tamè forti adstrinxerit; tantoque consensu, animorum